turbidum mobilem · scito quia chananeus est · & non potes eicere eum
de ecclesia quia non potuerunt filii effrem disperdere chananeum.
Illud obserua quod apostolus mon& dicens · Subtrahite uos ab omni
fratre inquiete ambulante · sed quoniam salomon sua d& haec que legimus
discribi in corde tripliciter · & iam aliud preter illa quae diximus
quod cordi meo occurrerit ad aures uestras proferam · & uos facite
quod scriptum est · ut uno dicente ceteri examinent · me ergo dicente
quod sentio · uos discernite & examinate si rectum est aut minus rectum ·
De hierusalem frequenter diximus · quia uisio pacis interpretatur · si ergo
in corde nostro hierusalem aedificata est hoc est uisio pacis in corde nostro
fundata est & ipsum qui est pax nostra semper intueamur & seruamus in
corde · siquidem ita fixi & stabiles sumus in hac uisione pacis · ut num
quam prorsus ulla cogitatio mala & ad alicuius peccati consilium ascen
dat in corde nostro · si hoc ita fieri poss& poteramus dicere quia in hierusa
lem sumus & nullus alius habitat nobiscum · nisi illi qui sci sunt · Nunc
uero cum si ad grandem prouectum ueniamus & summis nos in& ipsos
studiis excolamus · tamen non puto cui quam tantum in corde puri
tatis euenire · ut numquam aduersae cogitationis contagio maculetur ·
Certum est habitare iebusaeus cum filiis iuda in hierusalem · Non tamen
ideo diximus haec ut neglegamus quantum fieri potest eicere eos · sed
satis agendum nobis & temptandum cottidie eicere eos de hierusalem
sed sicut scriptum est · Non possum simul omnes eicere · hoc idem autem in
his qui fructificant sentiendum est · quia effrem filii nominati sunt qui
& ipsi chananeos uagas & lubricas cogitationes semper debent eicere de ani
mabus suis · Potest autem dici iebusaeos & chananeos filius effrem proicere ·
Ipsum ergo dominum deprecemur ut eiciens a nobis malas cogitationes bo
nas inserat & dignas in hierusalem ciuitate caelesti · in quibus nihil

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0067